





XXXVIII.

Q. D. B. V.

OBSERVATIONES QVAEDAM

AD

# INTERDICTVM SALVIANVM

OCCASIONE

L. I. pr. et §. I. D. DE SALVIANO INTERDICTO

IVNCTA

L. I. C. DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO

12

QVAS

P R A E S I D E

ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE

E T S E N I O R E

IOANNE TOBIA CARRACH, I C T O

POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS

FACVLTATIS IVRIDICAE P R A E S I D E ORDINARIO

N E C N O N

IVRIVM PROFESSORE PRIMARIO ETC.

DIE X. AVGVSTI A. O. R. C I O I O C C L X X I V .

PUBLICE VENTILANDAS EXHIBET

CHRISTOPHORVS BENIAMIN VBERSCHAER

LEOBERGA SILESIVS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

STANNO FRIDER. AVG. GRVNERTIANO.





ILLVSTRIBVS  
AMPLISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS  
**V I R I S,**  
PENES QVOS EST SALVS REIPVBICAE  
LEOBERGENSIS  
FAVTORIBVS ATQVE PATRONIS  
INDVLGENTISSIONIS  
SPECIMEN HOCCE ERVDITIONIS  
SACRVM ESSE VOLVIT.  
OBSEERVANTISSIMVS CLEIENS  
CHRISTOPHORVS BENIAMIN VBERSCHAER.

CHRISTOPHORAS DENIAVINI HERSCHEER

CHRISTIANITATIS CIVILIS

SCOLARUM ET SCIENTIARUM ADOLESCENTI

SPECIMEN NOCENS GRADUATIONIS

INDAGENISSIMA

EVATORIBAS ULTRAE PATRONIS

FEOBERGENSI

PENES QVOS EST SVFAS RIBAPICAE

A I R I S

AMPLISSIMA AVGAE DACTILISSIMA

ILLISTRIBAS





Q. D. B. V.

OBSERVATIONES QVAEDAM

AD

INTERDICTVM SALVIANVM

OCCASIONE

L. I. pr. et §. I. D. DE SALVIANO INTERDICTO

IVNCTA

L. I. C. DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO.



§. I.

Iurisprudentiae, quae scientia est legibus diri- Praefamen.  
gendi actiones humanas, constitutiva, ut  
cum Dialeticis loquar, esse I) cognitionem  
legum solidam et II) prudentiam illas ad fa-  
cta obuenientia applicandi, vix quisquam negabit. Ad  
solidam legum cognitionem initio animum appello; fine  
qua prudens legum ad facta obuenientia applicatio neu-  
tiquam datur: deinde etiam leges applicandi prudentiam  
paucis considerabo. I) Solida cognitio legum 1) natura-  
A lium

*Ium* accurata acquiritur ratiocinatione de natura humana, ejusque cum objectis conuenientia; quorsum pertinet vulgarium illud:

viuere naturae nos conuenienter oportet,  
Stoici exinde defenduntur satis, statuentes, secundum  
*jus naturae* viuere, esse secundum *naturam* viuere; si  
amphiboliā vitemus, nec secundum *naturam* viuere exi-  
stimus esse, secundum *naturae impetum* viuere. Legum  
dein 2) positiuarum, quae alii *civiles* audiunt, cognitio  
solida poscit, vt et verba et mentem legislatoris, quam  
nobis significare verbis voluit, intelligamus. Inferuit  
hisce *interpretatio*, tum a) *sensum verbalem* legis represe-  
nans, quae *interpretatio grammatica seu declarativa* dicitur,  
tum b) *mentem* legislatoris in verbis latente per proba-  
biles eruens coniecturas, quam dicere solent *interpreta-  
tionem logicam*, ac in *extenuam et restrictuam* dispescunt  
interpretes juris. Caeas vero existimes, a) ac si inter-  
pretatio grammatica a regulis logicis aliena sit; vt pote  
quod apprime falsum: siquidem regulas interpretationis  
grammaticae, et si quondam neglectas, Logica manu  
plena tradit, postquam fundamenta interpretandi a Phi-  
losophis recentioribus Logicac quasi iure postliminiū sunt  
restitura. Id quoque b) vitandum, vt cum interpreta-  
tione restrictua misceas interpretationem strictam veter-  
ibus Romanis Iureconsultis familiarem: quae vitium  
magis *interpretationis justae* est, quam vera interpre-  
ratio; siquidem, relicta mente legis ex verbis per genui-  
nas interpretandi regulas logicas eruenda, solum captat  
verbum extra connexionem cum aliis legum verbis consi-  
deratum, adeoque antecedentibus, consequentibus,  
intermediis, significatu technico vel famosiore, susque de-  
que habitis, materiaque substrata, ac coniunctis siue lo-  
co siue origine, atque illis, quae ibi latius proposita sunt,  
*vbi materiae sedes est*, neglectis, cortici e contrario ver-  
borum inhaeret; earundem significatum primituum  
nimis

nimir presse sequitur, atque solam vocularum compositionem attendit, vnde pricis Romanis jus strictum maxime descendit, jurisprudentia humaniore inualescente, a Iureconsultis Romanis recentioribus interpretatione iusta et per acquitatem, secundum rationes legum verba *restringente, extendente*, vt par erat, corrigendum. Facile inde contigit, vt contradictiones inter leges se deprehendisse, nonnulli sibi sint visi, quae tamen imaginariae magis, quam verae sunt, iusta interpretatione adhibita euangelentes, siquidem altera lex non raro regulam, altera exceptionem continet, altera causam quandam breviter et in transitu quasi, altera vero eandem ex instituto, clarius, plenius, distinctius, aut sub singularibus circumstantiis exponit, altera ad jura antiqua vel antiquata, altera ad jus nouum *correctorium, suppletorium*, aut saltem exceptionem a jure antiquo faciens, pertinet. Quibus consideratis cautum esse oportet in antinomiis, aut emblematis Tribonianis fingendis, ac in legibus pro ingenio suo truncandis, interpolandisue. Quo pruritus multi laborant criticorum nomen affectantes, quod temerarius ejusmodi legum quasi aperte ineptarum immutationibus vel reprehensionibus mereri sese existimant, quibus tamen superflere potuissent, si grammaticae saltem, adhibita *constructione debita*, legem exposuissent. Exemplum huius rei vulgatissimum silentio transfire nequeo: equidem vapulat vulgo **M O D E S T I N V S**, ex cuius libro II. Pandectarum desumta fertur *L. i. D. Qui testamenta facere possunt, et quemadmodum sicut* vbi describitur, *testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.* Rident quam plurimi **M O D E S T I N V M**, eundemque una cum definitione sua imo cum Iureconsultis eundem sequentibus apertissimae absurditatis arguunt; quod statuat, restatorem *post mortem suam velle*, cum tamen morte homo velle definat, nec sic quisquam *post mortem*, saltem se-

-MANET

A 2

cundum

## OBSERVATIONES QVAEDAM

cundum naturalem, quam hic sequimur, rationem, *possit velle.* Sed definant mirari, definant ridere, definant arguere bonum Modestinum vna cum Iureconsultis illum, sequentibus: curen potius, ne ab aliis etiam iudicantis ineptae constructionis causa derideantur! Vbinam, quaeſo, **MODESTINVS** dixit, quod quis *post mortem suam velit?* qui potius satis perspicue dixit, *ſententia de eo, QVOD quis POST MORTEM SVAM FIERI velit: VVLT,* quippe testator *in articulo moris*, seu quod idem est, *IN VLTIMO VITAE MOMENTO, ALIQVID FIERI post mortem suam.* Qua occasione ſimul apparebit, quam recte ſcilicet, ex illo dubio vulgari multi afferant, testamento juri naturali neutiquam convenire. Haec tamen non ideo dicta ſunt, ac ſi tanto Romani iuriſ amore occaecatus ſim, quod omnes Iuris Iustiniane leges in exactissimam coactae ſint consonantiam, ac mendis opus illud omnino careat, neque villa indigeat correctione: vt pote quod euidentiae facti aduersum eſſet. Fateor potius, in tam vaſtum opus, diuersos habens auctores, diuersoque tempore concinnatum, ſaepius deſcriptum, forte etiam a ſcribis antiquorum, temporis vel hominum injuria ex parte deletorum characterum, imo latinae linguae ignarisi, jura non ſatis callentibus, hinc ſuo ex ingenio textum corrigentibus, mendum aliquod facile potuiffe irrepere, prudenti manu omnino emendandum. Fateor quoque, non omnes leges inuicem perfecto conſpirare concentu. Neque a me impetrare poſſum, vt caeco impetu illorum, qui ius Romanum deperiunt, ſequar canonem: *nulla contradicſio in jure tam crassa eſt, quae non ſubili aliqua inuenta diſtinctione poſſit tolli.* Faſtido ficitias istas diſtinctiones, quae legum conditoribus in mentem veneſunt nunquam, quae ſenſum legibus illatum magis fingunt, quam innatum repræſentant, faltem vt ſuis opinionibus praeconceptis leges, inuita licet Themide, accommodent. Curae mihi tantum eſt

TEREN-

TERENTIANVM illud, *in omni vita id apprime vtile est,*  
*NE QVID NIMIS.* Id igitur negotii mihi erit semper, ut  
*Superstitionem mendorum legum venerationem, aequa ac*  
*temperariam earundem correctionem vitem.* II) Pruden-  
*tiam leges applicandi ad facta obuenientia, quod attinet,*  
*breuibus saltet moneo, quod omnes circumstantiae, qua-*  
*rum minima variare potest rem, seu factum propositum,*  
*ut ad aliud genus causarum iuridicarum, indeque ad*  
*alias leges pertineat sedulo sint expendenda ac cum legi-*  
*bus conferenda, quoisque his conueniant, et quinam*  
*inde redundant effectus.*

## §. II.

Venerunt haec mihi in mentem meditanti *Thema*,  
*dissertationis habendae speciminis loco, quod stipendii*  
*causa edendum. Memor enim sum illorum, quae PER-*  
*ILLVSTRIS DOMINVS PRÆSES ad B. IVSTI HEN-*  
*NINGII BOEHMERI aureum tractatum, qui Doctrina*  
*de Actionibus inscribitur, Sect. II. Cap. III. §. CIII. seqq.*  
*propositus, ibique de Legis I. pr. et §. I. D. de Interdicto*  
*Saluano atque Legis I. C. de Precario et interdicto Sal-*  
*viano dissensu differuit. Suscepi eo labentius hanc cau-*  
*sam, quo magis deprehendi, ICtos celeberrimos, quo-*  
*rum opimam messem habent Tractatus de Pignoribus et*  
*Hypothesis ex diversis V. I. Doctoribus descripti etc. Lug-*  
*duni apud Antonium de Harfy, MDLXXXIII. aliquie*  
*recentiores, qui In derictum Saluianum ex instituto ex-*  
*posuerunt, utpote AMADEVS ECKOLT Dissertatione de*  
*In dericto Saluiano anno c. 15 c. 1514. Lipsiae habita,*  
*partim non adeo accurate has leges resoluisse, partim*  
*de vsu harum legum in foris Germanicis minus sufficien-*  
*ter exposuisse. Quippe plerique contenti fuerunt,*  
*quod dixerint, in derictum hoc in foris Germanicis nul-*  
*lum habere vsum: silentes tamen de ratione asserti sui,*  
*multo minus, vti sit, accurate indigitantes, quidnam in*  
*foris loco ejusdem obtineat.*

A 3

§. III.

## §. III.

Ordo dicen-  
dorum.

Breuibus ergo secundum Per - Illustr. Dn. PRAE-  
SIDIS praecepta, de legum citatarum sensu tractabo,  
deinde expendam, an ad fora Germanica quadrent, et  
quid in his vſu veniat.

## §. IV.

Tenor legis i.  
D. de Saluiano  
interdicto.

Prodeant igitur ab initio ipsae leges, quibus ini-  
cet conciliandis operam nauant Iureconsulti. Et pri-  
mum videamus quidem Legem i. pr. et §. i. D. de Saluiano  
interdicto, defumtam ex IULIANI Lib. 49. Digestorum.  
Verba ejus in pr. ita se habent: *si colonus ancillam in fun-  
do pignoris nomine duxerit, et eam vendiderit: quod apud  
enitorum ex ea natum est, ejus APPREHENDENDI gra-  
tia UTILE INTERDICTVM reddi oportet.* Sequatur  
§. i. legis citatae ita se habens: *si colonus res in fundum duo-  
rum pignoris nomine intulerit, ITA UT VTRIQUE IN-  
SOLIDVM OBLIGATAE ESSENT, SINGVLI ADVER-  
SVS EXTRANEV M Saluiano interdicto recte experiuntur.*  
*Inter ipsos vero si redditatur HOC INTERDICTVM, pos-  
sidentis conditio melior erit. At si id actum fuerit, ut PRO-  
PARTIBVS RES OBLIGARETVR, UTILIS actio AD-  
VERSUS EXTRANEOS ET INTER IPSOS dari debe-  
bit, per quam dimidiis PARTES POSSESSIONIS SIN-  
GVLI APPREHENDENT.*

## §. V.

Tenor legis i.  
C. cod.

Jungamus hinc Legem i. C. de Precario et Saluiano  
interdicto. Inscrifitur haec lex: IMP. GORDIANVS  
ARISTONI. Ipsa vero verba legis haec sunt: *Si te non  
remittente pignus, debitor tuus ea, que tibi obnoxia sunt,  
vendiderit: integrum tibi jus est persequendi, NON IN-  
TERDICTO SALVIANO, ID ENIM TANTVMmodo  
ADVERSUS CONDVCTOREM DEBITOREMVE com-  
petit, sed Seruiana actione, vel quae ad exemplum ejus in-  
stituitur*

*stituitur, vitilis aduersus emtorem exercenda est. P. P. C.*  
*Idib. Sept. Pio et Pontiano Coss. 239.*

## §. VI.

Si has leges inuicem conferamus, abstinendo a dis-  
 quisitione, an legendum sit, in fundo forsitan admodum  
 definitionis tutelae, est vis ac potestas in capite libro, an,  
 cum glossa substituendum, in fundum, quod in hac  
 tractatione mea nihil refert, statim deprehendere possumus,  
 easdem inter se minime consentire. Evidem in  
 citata L. i. pr. D. de Saluiano interdicto IULIANVS diserte  
 affirmat, si colonus ancillam in fundo pignoris nomine  
 duxerit, et eam vendiderit, quod apud emtorem ex ea  
 natum est, EIUS APPREHENDENDI GRATIA, UTILE  
 INTERDICTVM reddi oportere. Eodemque aperte sa-  
 tis collineat ejusdem legis §phus i. Ex aduerso IMPERA-  
 TORES in L. i. C. de Precario et Saluiano interdicto ex-  
 presso creditori, si debitor ea, quae illi obnoxia sunt, ven-  
 diderit, actionem SERVIANAM, vel quae ad exemplum  
 ejus instituitur, (nimirum quasi-Seruijanam) quidem in-  
 dulserunt, ast persecutionem INTERDICTO SALVIA-  
 NO NEGARVNT, addendo rationem: ID ENIM TAN-  
 TVMMODO ADVERSUS CONDVCTOREM, DEBITO-  
 REMVE COMPETIT.

Collatio ista-  
 rum legum  
 inter se.

## §. VII.

Consideremus nunc paucis harum legum concilia-  
 tiones, quae praecipue proferuntur. Etenim 1) sunt,  
 qui L. i. §. i. D. de Saluiano interdicto hoc modo in con-  
 sonantiam cum L. i. C. de Precario et Saluiano interdicto  
 cogere ausi sunt, ut vocem, extraneus, in citata L. i. §. i. D.  
 de Saluiano interdicto, restringant ad ipsum debitorem; cum  
 extraneus opponatur creditoribus, adeoque sub eo ipse  
 debitor commode intelligi queat, non vero tertius quilibet  
 possessor, ut in L. i. C. cit. Hanc explicationem impi-  
 mis

Examinatur  
 conciliatio  
 Glossae.

mis *Glossa ad cit. L. i. C. de Precar. et Saluiano interdicto* habet, quam alii fecuti sunt, glossa licet minime allegata, forsan quod multis sordeat, laborantibus praejudicio, quasi glossa semper ineptiat. Verum mihi non videtur rem confidere haec glossae interpretatio. Cum enim vocula *extraneus* generalem habeat significatum: eius determinatio ex consensu cum verbis antecedentibus et consequentibus in textu desumenda erit. Atqui textus verba perspicue indigitant, vocem *extraneus*, vi sua natua, quemcunque denotare debere, qui *non est fundi locator*, *seu fundi condoninus*, adeoque tam *ad colonum*, quam *ad aliud quemvis pertinere*. Minus probabile praeterea est, cum I<sup>CTI</sup> Romani verborum fuerint curiosissimi ut singulis rebus singula sua tribuerint nomina et verba, *IULIANVM* loco termini specialioris et perspicui *debitoris*, vel *coloni*, generaliorem atque vagum similque minus perspicuum adhibuisse, indeque inaduenter prorsus *verbis plus comprehendisse*, quam mente sua concepisse. Ludentius hoc in oculos incurrit, si ita, quae in textu ipso sequuntur, contemplemur verba, ita se habentia: *inter ipsos vero si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior est.* Ex his enim liquido apparet, *extraneum* non *debitorem* vel *colonum* *solummodo* sed *quemvis*, qui *non est inter fundi locatores*, intelligendum esse. Apparet hoc etiam ex ratione legis, quam ipsa ejus verba perhibent: *inter ipsos vero si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior erit.* Haec erit ad *COLONVM*, vel *aliud debitorem* oppignorantem *ipsum*, neutiquam pertinent; quippe qui frustra pro se allegaturus esset, *quod in paricavsa, possidentis conditio melior sit.* Aduersantur praeterea explicationi glossae, aliorumque eam sequentium, quae *cit. L. i. §. i.* circa finem proponuntur his verbis: *At si id actum fuerit, ut pro partibus res obligaretur, vilis actio et adversus EXTRANEOS, et inter ipsos dari debet,*

debet, per quam dimidias partes POSSESSIONIS singuli apprehendent. Sane hic textus liquido EXTRANEOS adeo late dixit, ut exprimat omnes posseffores, qui non sunt locatores aut creditores, atque generalis illa dictio plane non permittit, ut sine solida ratione in significatum speciale minus visitatum torqueri, et ad colonum seu debitorem solum restringi debeat: praesertim cum pluralis numerus adversus EXTRANEOS minime admittat, ut singularem numerum, colonum nempe, aut debitorem inde exculpamus. Silentio id neque possum praeterire, quod principium huius Legis i. isti glossae eique adhaerentium ICtorum interpretationi obster. Accepimus tenorem eius §. IV. isque afferit aperte, si colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, et eam vendiderit: QVOD APVD EMTOREM ex ea NATVM est, ejus APPREHENDENDI gratia, VTILE INTERDICTVM reddi oportet. Dubio procul emtor est extraneus simulque tertius possessor: nihilominus contra ipsum reddi oportet utile interdictum, afferente IVLIANO. Quin adhuc magis singulare videri posset, quod locatori fundi vtile hoc adipiscendae possessionis interdictum assignatum sit, QVOD APVD EMTOREM EX EA, ancilla scilicet, quam colonus in fundo pignoris nomine duxerit, et eam vendiderit, NATVM EST EIVS appprehendendi gratia, nisi notissimum esset, quod partus sequatur ventrem, cuius quasi fuit accessorium, adeoque presumiuum jus locatoris, quod huic efficit interdictum adipiscendae possessionis ancillae ipsius, simul perrineat ad partum ejusdem, tamquam ad accessorium. Quo supposito nihil interest, vrum partus ante venditionem jam fuerit conceptus, an non: eaque distinctione supervacanea, quam frustra nonnulli sibi fingunt, simulque textui sensum temere inferunt, qui ipsis non est innatus, tuto carere possumus. Obstar etiam interpretationi glossatoris L. 10. D. de Pignoribus et hypothecis, vbi formula, aduersus EXTRANEOS,

Examinatur  
FABRI opini-  
o.

NEOS, itidem QVOSVIS possessores, extra creditores, quibus oppignoratum, minime vero debitorem ipsum eundemque solum indigitant. Sed intercedit hic FABER de Erroribus pragmaticorum Dec. IX. Error. 9. seqq. Is nempe sibi persuasit aliquis per suadere voluit, quod cit. L. i. pr. D. de Salviano interdicto verosimiliter tractet speciem singularem, si ancilla vendita apud emtorem pepererit, postea autem, vbi a venditione recessum, ancilla vna cum partu ad venditorem redierit. Iterum vero interpretatio haec peccat contra regulam: *sensus fit immatus, non illatus*. Sane hujus conjecturae nullum plane argumentum probabile in textu citato inuenitur. Adeoque ejusmodi ingenii Fabriani foetus nullo elaboratus judicio naturam haber praefumtionum temeriarum, quas dicunt, neutriquam ad genuinas pertinet legum interpretationes: vti et caetera pleraque, quae FABER hac in causa protulit, *petitio ne principii*, vti Dialecticci loquuntur, laborant, nec quidquam efficiunt. Taceo, quod commenta illa facere aliquid magis possent, in quaestione, ad quem partus ancillae pertineat, quam vt ad quaestionem praesentem de interdicto *adprehendendi gratia*, seu *adipiscendae possessio- nis Salviano*, spectet.

### §. VIII.

Examinatur  
CVIACII  
sententia.

Haec eo distinctius exponenda fuerunt, quo magis arrisit multis interpretatio vulgaris, adeo vt in plerisque systematisbus et compendiis juris conspiciatur. Sequitur nunc alia disquisitio. CVIACIUS Lib. VI. Observ. XXIV. nimurum legum harum Romanarum dissidium ita tollere studuit, vt existimet, IMPERATOREM in L. i. C. cit. de interdicto Salviano *directo* statuere, idque negare creditori contra emtorem rerum isti obnoxiarum, adeoque contra tertium possessorem: IVEIANVM vero in cit. L. i. Digeßorum interdictum *utile omnino concedere*. Verum quidem est, quod cit. L. i. Digeß. de *vili* interdicto Salviano

viano agat. Sed hoc non indiget interpretis cura; si quidem satis aperte ipsa legis verba illud afferunt. Ait enim *LVLIANVS in L. i. D. de Saluiano interdicto in pr. ejus apprehendendi gratia V T I L E interdictum reddi oportet: atque circa finem Spbi I. at si id actum fuerit, vt pro partibus res obligaretur, V T I L I S a c t i o et aduersus EXTRANEOS, et inter ipsoS dari debebit, per quam diuidias partes possessionis singuli apprehendent. Cessat igitur interpretis officium in exponendo sensu legis, per se ita claro, vt sudo coelo soli meridiano frustra offundetur lumen. Neque satisfecit C VIACIVS Legi i. Codicis de Precario et Saluiano interdicto, dum minime monstrauit, quare generalia IMPERATORIS verba in universum denegantia interdictum Saluiandum, atque de directo interdicto nihil prorsus continentia, ad solum directum interdictum restringere velit. Quamuis id frustra C VIACIO obiiciatur, quod interdictum ad alios creditores et debitores praeter locatorem praedii rustici et colonum extensum, jamjam si v i l e, neutiquam directum. Namque memores esse debemus, quod viles actiones variis praedicentur modis, indeque vario directis opponi possint sensu, ac quod eadem actio simul pluribus modis dici possit v i l i s, imo eadem actio, quae uno respectu directa dicitur, alio respectu v i l i s esse possit. Actio quippe v i l i s est actio interpretatione extensua ex rationis paritate imprimis ad aliud subjectum, sive actuum sive passuum, vel ad aliud objectum materiale, vel ad alium finem producta, ultra verba legis et inde formatae actionis formulae presse olim sumta.*

### §. IX.

Alio modo rem extricare studuerunt nonnulli, ita Examinatur  
vt cum Lege i. C. de precario et interdicto Saluiano. tan- explicatio,  
tummodo contra conductorem debitoremue interdictum quae L. i. D.  
illud concedant, neutiquam vero contra emtorem ceu de Saluiano in-  
terdicto, intel-

ligit de malae tertium possessorem, regulariter: *I. gem vero i. D. de Interdicto Saluiano explicit de malae fidei possessore.*

Vерum nulla supponit ratio hujus interpretationis, nec in cito tata L. i. vllum offenditur momentum, vnde conjici possit verosimiliter, talia *IVLIANO* venisse in mentem. Praeterea explicatio ista vel ideo locum habere nequit, cum probatum nondum sit, quod Iure Romano personalia judicia, quibus vulgo interdicta adnumerant, competant aduersus tertium possessorem malae fidei partici- pium, vrpote quod Iuri Canonico debetur.

### §. X.

Examinatur  
WATERI et  
quos fecutus  
est, sententia.

Deductis hisce simili satisfactum est correctioni *Ie-*  
*gis i. §. 1. cit. D. de Saluiano interdicto*, qua *IOANNES*  
*van de WATER* lib. I. cap. XII. *Obseruit. Iur. Rom.* cau-  
tæ huic consulere studuit, qui existimat in *lege cit. i. §. 1.*  
altum fuisse silentium de *interdicto Saluiano*, tractatumque  
saltē de *actione Seruiana*. Verum Celeberrimus ille Vir  
plus mihi videretur induluisse ingenio suo, arque ex nimio  
Iuris Romani amore fluente studio correctionibus, in de-  
teriorius licet jura mutantibus, aperte dissontia cogere in  
consonantiam, inuita Minerua. Sane correctionem hanc  
minime permittit *principium cit. Leg. i.* quod supra acce-  
pimus, secundum quod nimirum, *si colonus ancillam in*  
*fundo pignoris nomine duxerit, et eam vendiderit, quod*  
*apud emtorem ex ea natum est, ejus apprehendendi gratia*  
*vitile interdictum reddi oportet*. Haec, dubio procul, lo-  
catori *vitile interdictum adipiscendae possessonis*, *vitile scilicet*  
*interdictum Saluianum contra emtorem, qui certe*  
*tertius possessor est*, propter id, *quod apud emtorem ex ea*  
*natum est*, apertissime largiuntur: nisi omnia in Iure Ro-  
mano, quae *WATERO* displicant, a mala manu, quae  
disputationem pulcherrimam confusurauerit, prouecta  
esse, cum eodem temere existimes. Satisfecisse ita mihi  
videor et *WATERO* et illis, quos fecutus est, inque  
fusas.

suas vocavit partes: ut his speciatim quid reponere, sit superuacaneum.

## §. XI.

Quae igitur hac in causa dicenda erit sententia? Pla-  
ne ego existimo, quod operam et oleum hac in causa  
perdant, qui Legem i. D. de Interdicto Saluiano cum Le-  
ge i. C. de Precario et interdicto Saluiano apertissime sibi  
contrarias in consonantiam cogere tentant. Illa sane ICti  
IVLIANI continet opinionem, qua iura reddit secundum  
artis suae regulas, vel saltem secundum suam illa in causa  
opinionem. Haec autem, L.i. C. de Precario et interdi-  
cto Saluiano nimirum, est constitutio Principis, nempe  
IMPERATORIS GORDIANI, et quidem rescriptum, quo pre-  
cibus responsum est, quod partim ex inscriptione hac,  
IMP. GORDIANVS A. Arifltoni, appetat, partim ex prono-  
minibus substantiis et possesuuis, te, debitor tuus, tibi,  
satis liquet. Rescripta vero non semper sequi ICtorum  
sententias, norissima res: atque in hodiernum usque  
diem contingit, ut iuri communi rescripta, et rescriptis  
rescripta contraria, tam in eadem causa, quam in diuersis  
causis, emanent. Nec obstant, que SCHVLTINGIVS Pro  
Rescriptis differunt, quod nempe haec etiam causa dentur  
cognita. Verum fallit hac in re per amphiboliā for-  
mulae, causa cognita, sub qua si intelligat, quae vtraque  
parte auditā statuuntur, commitit in §. 6. Inst. de I. N.  
Gent. et Civ. et Legem fin. C. de diuers. Rescr. si autem eo  
respiciat, quod rescripta non sine deliberatione dentur; ve-  
rum hoc quidem est, in rescriptis maxime iuris dubii de-  
claratoriis: fallit tamen SCHVLTINGII assertio, a particu-  
lari ad vniuersale minus apte concludens, simulque deli-  
berationem confundens cum causae cognitione, quae  
vtraque parte audita sit, et controversiam inter litigatores  
decidit. Interim non dissimulandum est, quod ejusmo-  
di rescriptum Codici Iustinianeo repetitae praelectionis

Vera R. L.  
sententia.

insertum legis generalis habeat auctoritatem, ideoque legibus Digestorum deroger, tamquam lex posterior. Quapropter incias non ibo, in hac quoque causa Legem i. C. de Precario et interdicto Saluiano derogasse Legi i. D. de Saluiano interdicto.

## §. XII.

De eo, quod  
vſus fori Ger-  
manici feruer,  
quorundam  
ſententia.

Restat, vt paucis de interdicti Saluiani vſu in foris Germanicis agatur: quod eo magis conduceat, quo magis hac quoque in causa ICti dissentunt. Facile eftad intelligendum, quod parum curem barbaros ejusmodi practicos, qualis media in Germania ante aliquos annos PER-ILLVSTRI DOMINO PRAESIDI in actis ſeſe conſpicuum faciebat, qui debitoris oppignorantis nomine a creditore, ſoluto credito, pignus repebat, impudenti audacia exclamabat, fe interdicto Saluiano egiffe in poſſessorio: neque enim ſolidioribus practicis, rabulificam ejusmodi ſcientiam obiiciendo, iniuriam inferendi animus eſt. Inter plures faltem ICtum immortalis memoriae G. A. STRUVIVM excito, qui in *Syntagmate Iuris Civilis Exercit. XLV. Thes. CLXXI. in fine* afferit. Hodie pragmaticis noſtris fere incognitum et inauditum eſſe nomen SALVIANI interdicti, ſive direcdi ſive vitilis, notat DASSEL AD ZOES. GASSERS *Difſert. de genuino colore poſſefforii ex solo iure in re addit rationem*, quod interdicti color nimis ex iure ad rem, ex debito ſcilicet, repetendus fit: quae ratio non adeo clara eſt. LUDOVICI in *Doctrina Pandectarum Tit. de Saluiano interdicto §. III.* dicit, nomen interdicti in foro vix auditur, res ipſa interim ſatis certa et frequens, cum in dubio eam actionem quis elegiffe ceneatur, quae ipſi magis vitilis eſt. Verum a ſtatu controverſiae recedit LUDOVICI: ſiquidem quaefatio plane non eſt, qualem actionem quis iſtituisse in dubio fit cendendus; ſed an interdicto Saluiano opus, illudque creditori utile fit. Qua in quaefitione diſcuienda omnino GASSERI ratio

tio attentionem meretur, siquidem reus partim actori exceptiones non numeratae pecuniae, item non impleti contractus, excussionis, ordinis et similes obmouere poterit, vim interdicti eneruant. Propinquius ad rem pertinebit, quod interdicto hoc Saluiano et quaestionebus, quas de eo accepimus, ac reliquis, quae circa illud finguntur, foris non opus sit Germanicis, in quibus ipsa actione Seruiana vel quasi Seruiana seu hypothecaria aequem commode hypothecam persequi, satisfactionemque suam summario processu impetrare potest creditor. Certe plerumque super hypothecis instrumenta conscribuntur liquida aequa vti super credito: quin in quibusdam locis immobilium hypothecae iudicialiter constitui, et in librum publicum inscribi debent, müssen in das Gerichts-Handels-Buch, sive, vt alii dicunt, in das Hypotheken-Buch engrossiret (eingetragen) werden. Expediti autem iuris est, quod de luce Germanico communii, nempe secundum *Recessum Imperii nouissimum* §. 174. ex instrumento liquido statim peti possint mandata de soluendo sub comminatione executionis, omilla recognitionis petitione, quae, si postea in dubium vocatur actoris ius, iniungi demum solet. B. I. H. BOEHMERVS Doctrina de Actionibus Sec. II. Cap. IV. §. XI. Consultius tamen statim agitur ad recognoscendum, indeque, seu, facta recognitione, ad mandatum de soluendo sub comminatione executionis, siquidem reus mandatum primum atque secundum aequa vti citationes dilatorias parum curare solet, atque ad tertium denique mandatum, sicuti ad citationem tertiam, quae peremptoria, demum excipit, se inauditum non esse condemnandum, ab executione non esse incipiendum, actoris preces sub- et obreptionis vitio scatere, falsas esse narrationes, et processum non rite formatum. Vnde fit, vt tandem per ambages ad recognitionem deveniatur, quas evitare potuisset actor, si in libello statim terminum recognitionis, et, hac facta, mandatum de solvendo sub executionis comminatione petuisset. In Saxonie

xonia certe, ut ita procedatur, convenit cum principiis processus iudicarii Saxonici. Et quamvis hac in causa id multi negent, si non omnia capita libelli ex instrumento liquido appareant, reiicientes libellum, quo petitur *recognitio* et simul *responso*, sive summaria sive L. C. sit, rei ad libellum, quafi incompatibilia, tamquam ineptum: ineptius tamen esse hoc dubium, solide satis monstrauit CARPOVIVS P. I. *Conf. XVII. Def. 10.* In ditionibus POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI, DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO, subiectis, libello documentum, quo fundamentum agendi probandum, sive in originali sive *in vidimata*, quam dicunt, *copia* iungit, terminusque ad recognitioinem, ac, si causa ita fert, ad responzionem peti, imo petitio ita non facta, a iudice ex officio praefigi debet: COD. FRID. P. III. Tit. VI. §. 3. Tit. XXI. §. 10. Tit. XXIII. §. 1. seqq. addit *Allgemeine Lüftitz-Ordnung* de anno 1739. §. 124. n. 5. Instabis forsitan non de omni hypotheca nec de credito omni ex liquidis statim constare documentis. Sed nihil haec mouent; sufficit enim deductorum usus, si termini habiles adint, quod plerumque fit: atque iura respiciunt ea, quae plerumque sunt; quod vero semel atque iterum sit, leges praeterirent. Quin corrigit obiectio, si testium examen summario forsitan tamen iurisjurandi religione constrictorum, comprehensa *demonstratio*, *Bescheinigung*, iungatur libello, qua, quae facti sunt, in hypotheca etiam racita demonstrari possunt: hacc enim admittit summarii processus indeles.

### §. XIII.

Coronis de  
cautela ad  
vocatorum  
hodiernorum.

Coronidis loco facienda est adhuc mentio cautelae, qua aduocati nonnulli in foris vntuntur. Nimurum solent in parte libelli prima, quae facti species dicitur, memorare creditum atque causam unde id ortum, et quod in securitatem crediti hypotheca creditori sit data, ac qua in re. Deinde omissa causa agendi explicita generatim sal-

saltem dicunt, quod creditor a debitore satisfactionem  
 quoad sortem et usuras impetrare non possit, vulgo: Weil  
 nun der Zahlungs-Termin verflossen, vel aliquando,  
 weil ich nun diesem Schuldner das Capital bereits den — —  
 aufgekündigt (vel losgekündigt, alicubi etiam die Lösung  
 gethan,) selbiger gleichwohl weder Capital noch Zinsen abge-  
 tragen, vel, von selbigem aber in Guten nichts erhalten kön-  
 nen: als bin ich gegenwärtige Klage wieder ihn anzustellen be-  
 wogen. An Ew. \*\* ergebet dannenhero meine gehorsamste  
 Bitte ic: in Rechten zu erkennen und auszusprechen: daß Be-  
 klagter die libellirte geliehene 1000 Rthlr. samt denen rück-  
 ständigen versprochenen Zinsen und verursachte Unkosten bin-  
 nen 14 Tagen Klägern zu bezahlen schuldig, unter der  
 Verwarnung, daß im widrigen Falle die Execution in das  
 verhypothecire Haus geschehen solle. Sed notandum: 1) quod  
 quidam sequenti modo accuratius petere sibi videantur:  
 in Rechten zu erkennen und auszusprechen, daß Klägern an  
 dem in der Klage bemerktem Wohn-Hause wegen der gelieh-  
 nen 1000 Rthlr. die Pfand-Gerechtigkeit aufsteht, dannen-  
 hero Beklagter selbiges Klägern abzutreten schuldig, bis dieser  
 seine Befriedigung an Capital, Zinsen und Unkosten daraus  
 erhalten. Verum rarius hoc modo libellus formabitur.  
 Nam, si res hypothecae obnoxia creditori traderetur,  
 hic debitori obligatus fieret ad rationes administrationis  
 et venditionis, quae a creditore, secundum juris Romani  
 scita, priuatum fieri poterat: taceo, quae de euictionis  
 praestatione oriri possunt, quaestiones. Notemus praeterea,  
 quod cautela ista facilius locum habeat, si contin-  
 gat, vt idem sit judex cognitionis et executionis, nimi-  
 rum si judex, sub quo res creditorum in securitatem crediti  
 constituta, sita est, simul sit judex personae debitoris,  
 seu forum rei sitae cum foro personae debitoris, vt pote  
 domicili vel priuilegiati, quod debtor habet ex priuile-  
 gio personae suae vel ordini suo concessio, concurrat  
 in eadem iudicis persona, quod praesertim in rebus

*mobilibus* contingere solet. Difficilius cautela ista locum inuenier in *hypotheca rei immobilis*, quando forū rei sitae differt, uti saepe sit, a foro personae debitoris, siue ex priuilegio, siue ratione domicilii competente, siquidem forum domicilii est genera forum, L. 6. in fin. D. ad Scđum Trebell. L. 1. §. 31. L. 1. pr. de Hered. inst. L. 9. D. de Aur. legat. COCCET. de Fund. in territ. potest. Tit. 4. §. 5. B. I. H. BOEHMERVS Introd. in Ius Digest. Tit. de Iudicis §. 23. pro iurisdictionis modo, quae iudici concessa, in omnibus causis speciatim non exceptis obtainens: atque forum priuilegium personis indultum surrogatum est in locum fori domicilii, indeque locum habet vulgatum proverbiū: *surrogatum sapit naturam eius, cui surrogatur*, indeque *priuilegium* fori personis indultum sapit naturam fori domicilii. Illustrabo id paucis casu sequenti, quem in acroasisbus PERILLVSTRIS DOMINI PRAESIDIS percepi. Ciuis quidam Academicus summam pecuniae mutuam a vidua quadam in proba moneta acceperat, constituta in securitatem crediti hypotheca domus suae, antequam triste illud bellum postremum in Germania exarserat. Bello hoc flagrante, pro ratione reipublicae, minoris moneta valoris, praefertim interni, invulnerat, vulgo Ephraimiten dicta. Debitor facile coniiciens, pace, quam sperabant plerique, secuta hoc commercii genus mutatum et pecuniae eiusmodi valorem extrinsecum valde imminutum iri, emolumentum ergo suum ex creditricis incommodo aucturus, in viliori moneta fortem cum usūris creditrici soluebat, reseruanti tamen sibi *χόλωβην*, vulgo das agio. Restituta pace creditrix contra debitorem agebat in foro rei sitae, *ad illud, quanti sua intererat, praeflandum*, forte ita: zu erkennen, daß Beklagter das libellirte agio binnend — zu vergüten schuldig, oder zu gewarten, daß die Execution in desselben verhypothecirtes Haus geschehen solle. Iudicium rei sitae transmissio libello cum

cum exemplis documentorum requirebat Magistratum Academicum, ut reo cuius suo, in subsidium iuris, citationem insinuaret, iniuncta in termino praefixo comparendi necessitate coram requirente magistratu, tanquam iudicii rei sitae. PER ILLVSTRIS DOMINVS PRAESES hac in re consultus, hoc fieri posse negabat: certus quod actio personalis, ad id, quanti intererat, ob diuersam monetarum muruatae et solutae potentiam imperandum, instituta sit, ad forum privilegiatum personae, nempe ad Academiam, pertinens. Initabat quidem iudicium requirens, actionem hypothecariam, adeoque realem in foro rei sitae recte institutam: sed monstrabat PER ILLVSTRIS DOMINVS PRAESES ex facti specie, causa agendi, et libelli petitio principali, solam actionem personalis ad id, quod intererat, ex credito institutam, hypothecae vero saltem minus principaliter in petito, si creditum non solueretur, mentionem esse iniectam. Quo facto iudicium requires per quam humaniter certiore faciebat Academiam, se non amplius instare desideriis, amicitiae sese commendans, tractataque deinde causa est in foro Academico. Haberem adhuc differenda, quae for-

san non flocci aestimarentur: sed instituti ratio  
interque instans iuber, ut opusculi fiat

F I N I S.

Pag. 16. lin. 23. pro examen lege examine.



NOBL

ET NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

DOMINO RESPONDENTI

S.

P.

P.

P R A E S E S .

Statim ex eo tempore, quo Musis Halensibus accessisti, meis  
operam nauasti acroasisbus. Cumque in addiscenda Iuris-  
prudentia, pro valetudine **T V A**, assiduum **T E** praestiteris,  
mosque **T V O S** ita composueris, ut simillimi rumoris nihil de iis-  
dem ad me perlatum: **T E** Patronorum **T V O R V M** iussui dispu-  
tationem publicam pro specimine academico a **T E** exigentibus  
paritum, de quo certiorem me redditisti, destruere praefi-  
sio meo nolui; sed patulas **T I B I** aures praebui, thema, quod  
defendendum is, offerendo multarum fertile controveneriarum,  
ex quibus maxime eminent, quae de *Interdicto Saluiano ex L. t.  
pr. et §. t. D. de Interdicto Saluiano atque ex L. t. C. de Precario et  
Interdicto Saluiano disceptantur*; omnes enim tangere, ne di-  
cam expedire, instituti ratio prohibet. Gratulor ergo, **T I B I**,

**N O B I L I S S I M E D O M I N E R E S P O N D E N S**, et disputationem  
publicam, et cursum iuridicum in **R E G I A F R I D E R I C I A N A**  
**A C A D E M I A** absolutum: exoptoque, ut **D E V S T E R O P T I M U S**  
**M A X I M U S** opimos **T I B I** fructus laborum Academicorum  
propediem velit largiri. Vale. Dab. Halae Magdeburgiae  
die X. August. A. O. R. clo**I**CCCLXXIV.

NON

PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

# ÜBERSCHAER

S. P. D.

D. HENR. IOAN. OTTO KOENIG

ASSESSOR SCABINATVS REGII IN DVCATV MAG-  
DEEVRGICO ORDINARIUS  
ET IVRIVM PROFESSOR PVBLICVS EXTRA-  
ORDINARIUS.

Ego vero lubenter eorum in societatem venio, qui TE,  
Praestantissime ÜBERSCHAER, hoc tempore faustis  
adclamationibus prosequuntur. Gratulor TIBI, tum de fe-  
lixi vitae academicae, laudabiliter peractae, exitu, tum de  
specimine hoc erudito, quod publice defendantum exhibes.  
Redeas bonis auibus in patriam TVAM ibique fructus dili-  
gentiae TVAE percipias vberrimos: seruet TE summum  
Numen diu saluum arque incolumem in commodum pa-  
triae et gaudium Parentum TVORVM. Ceterum, ut me  
amore atque benevolentia TVA etiam absens prosequaris,  
summopere abs TE peto. Vale resque tuas semper age felici-  
citer. Dabam Halae d. VIII. Aug. MDCCLXXIV.

D

PRAE-



VIRO  
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
VBERSHAERIO

S. P. D.

CAROLVS HENRICVS ERNESTVS SCHVLTZE  
BEROLINENSIS  
OPPONENS.

**N**il suauius atque iucundius mihi contingere potuit, occasione opportuna; quae mihi se hodie offert, ut **TIBI**, Vir Praenobilissime, publice confiteri queam quantitate existimem. Gaudio vero huic simul dolor intercedit, si considerem te paucis diebus nos esse relicturum, et in Patriam rediturum. Abeas igitur! solidissima doctrina instructus, de qua praesens specimen testatur. Haec quoque est causa, quare meum est, tibi sincera mente gratulari. Optimam quidem hic habetrem occasionem in tuas excurrendi laudes, nisi et modus virium relucret, et omnibus, quibus tua consuetudine ut licuit, iam satis superque notum esset, quae **TVA** sit morum venustas et elegancia, quique **TVI** sint in Iurisprudentia profectus certe admirandi. Numen illud maximum faueat coepitis **TVIS**, largiatur **TIBI** maximos honorum gradus, tanquam praemia, **TVA** quae virtus meretur. Viue felix, Viue quod nullum dubium est, in patriae ornamentum. Vale, meique non sis immemor. Iterumque Vale. Dabam Halae die 10.  
Aug. M DCC LXXIII.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

IOANNES IOSEPHVS SCHRAMM

NISSA - SILESIVS  
OPPONENTS.

Permitas, VIR PRAENOBILISSIME! vt TIBI hodier-  
no die, quo specimen doctrinae tuae haud vulgaris eru-  
ditorum limae subjicis, quie mihi insimul suauissimam amo-  
ris mei erga TE publice testificandi, praebet occasionem, ex  
intimo gratuler animo. Etenim praeter arctissimum amicitiae,  
qua me haftenus dignari voluisti, vinculum, et officii ratio id  
a me postulare viderit. Cui itaque dulcissimo officio eo mi-  
nus me subtrahere potero, quo maiora amoris tui documenta  
apud me extare voluisti. Quorum certe non minimum est,  
quod contradicentis, seu potius eruditioris tuae testis munere  
me non indignum existimasti. Quam quidem spartam, licet  
tenuitatem meam satis perspectam habeam, eo lubentius in  
me suscepi, quo certius ex doctrina tua aliquid laudis in me  
redundaturum esse praeuideam. Cum eternim nos conjun-  
gant studia satis Tuam nosco diligentiam, qua per triennium  
et quod excurrit, id vnicce egisti vt solidam Legum notitiam  
TIBI comparares; bene memor quod (vti apprime et pere-  
leganter PERILLVSTR. DN. PRAESES Praeceptor commu-  
nis nunquam non deuenerandus; in Diff. de confliktu Theo-  
riac et Praxeos) sub Theoriae fuga omnem fugiamus solidam

iuris-

*iurisprudentiam.* Sed me jam non indiges laudum tuarum  
praecone, cum Dissertatio tua non solum eximiā p̄ae se fe-  
rat eruditōnē, sed et in censū eorum laborū, quos ob-  
vilitatē, quam in vita communi p̄aeſtant, magni facimus,  
primario erit referenda. Verum enim vero hoc ipsum, quod tra-  
etas remedium, vt refert Menoch. Rem. adipis. poss. 3. n. 7. in  
foro est frequentissimum, et quotidie vsum suum exserit. Licet  
in eius interpretatione DD. egregie inter se discrepent. Etenim  
quot variis hinc inde agitatī opinionib⁹ sola huius Interdicti de-  
nominatio ansam p̄aeberit, quis ignorat? dum alii cum Cuiac-  
cio, et Pacio in Isag. Saluīm Julianū perpetui Edicti com-  
positorem, alii cum Giphanio ad §. 3 G. de Interdict. Sal-  
uīm Praetorem, eius. constituent autorem. Ecce ergo **vis**  
**AMANTISSIME!** curet et hoc capite; **TIBI**, qui per accu-  
ratiōrem huius Interdicti interpretationem, faciliorē ad eius  
explicationem viam multis aperuisti, erit gratulandum! Quod  
cum facio ingenuo, et candido animo, vñice opto vt caetera,  
sicuti virtutes tuae merentur, quae suscepturn⁹ sis, ad vota  
fluant, felicia quaevis, aue fausta **TIBI** contingent, et sic  
demum (quod mox meditaberis) prosperis redeas fatis, ad ex-  
cultissimam litteris aeque ac moribus Patriam. Tu vero, quin  
me et absens tua amicitia, quam auro contra caram habeo, sis  
dignaturus, ob eam, quae inter nos hue vsque intercessit, fami-  
liaritatem, non dubito. Itaque vale, et Tuum Schrammum  
quod facis, in posterum ama. Dabam Halae Venedorum  
d. X. Aug. A. O. R. MDCCCLXXIV.

Halle, Diss., 1773-74  
X 230 9444



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



xxxxviii.

Q. D. B. V.

OBSERVATIONES QVAEDAM

AD

# INTERDICTVM SALVIANVM

OCCASIONE

L. I. pr. et §. I. D. DE SALVIANO INTERDICTO

IVNCTA

L. I. C. DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO

QVAS

P R A E S I D E

ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE  
ET SENIORE

## IOANNE TOBIA CARRACH, ICTO

POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS

FACVLTATIS IVRIDICAE PRAESIDE ORDINARIO

NEC NON

IVRIVM PROFESSORE PRIMARIO ETC.

DIE X. AVGUSTI A. O. R. C. 1774.

PVBLINE VENTILANDAS EXHIBET

## CHRISTOPHORVS BENIAMIN VBERSCHAER

LEOBERGA SILESIVS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

STANNO FRIDER. AVG. GRVNERTIANO.

